

Caput decimum tertium.

189

faris statuam inventam narrat sculptor insignis.

FLAMINIUS VACCA. Memini in cœmeterio Consolationis repertam fuisse statuam jacentem, marmoream, vulgaris staturæ, consulari vestimento, brachio sublimi, ac si caput tueretur. Æstimatum autem vulgo fuit, esse Cæsarem. D. Ferrandus de Torres Procurator Proregis Neapolitani D. Perafani de Riviera illam coëmit: jussitque me caput ipsi Cæsaris adornare, quo gestu erat cum occideretur à Bruto. Quæ statua in Siciliam exportata fuit.

CAPUT XIV.

DIES SEPTIMA. Mons Magnanopoli dictus. Sirenum schema in villa Aldobrandina. De equis in Montecaballo. Romæ statua sedens ibi detecta. Apollo alatus. Bacchica simulacra. Ingens vis ossium in subterraneo fornice. Vetus Capitolium. Templum Quirini. Schemata Bacchica alia. Solum Urbis colluvie & ruinis mutatum. Templum dei Silvani. Theaurieducti historia. Mithræ templum, sive adytum in valle Viminalis. Ejusdem simulacra & schemata leonino capite. Symbola Mithræ. De initiationibus ejusdem. Sepulcrum & epitaphium Lucii, qui Asidis Mithræ sacerdotis filius erat. Aræ sepulcrales. Epitaphium Myrtalæ. Multæ violantibus sepulcra irrogatæ. Therme Novatiane. S. Laurentius in Panisperna quare in Formonfo dictus. Therme Olympiadis. Simulacrum Martis. Statuæ eruatæ. Ecclesia S. Salvatoris in Tellure. Palladium forum. Forum Nervæ.

VIS I S Capitolino & Palatino montibus cum vallibus propinquis, jam est ad Quirinalem & Viminalem properandum; & primum à monte Magnanopoli ineundus cursus est: à balneis Pauli æstimant ortum nomen, Bagnanopoli, postque

Aa iij